

fit borealis, sole videlicet existente in signis borealibus ♃ ♄ ♀ ♁ ♂ ♆ ♇ ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓, detrahenda est ex altitudine solis meridiana illius diei, & quod remanet, auferendum ex 90. gradibus, residuum erit Eleuatio poli loci propositi. Si vero declinatio erit Australis, ut quando sol moratur in signis australibus ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ **X** adijcienda erit altitudini solis meridiane illius diei, & aggregatum subtrahendum à 90. gradibus quod remanet erit eleuatio loci propositi. Exemplum. Hic Viennæ die 30. Iulij, inuenio locum solis in gradu 6. 40'. leon. cuius declinatio borealis ab æquatore depræhenditur esse grad. 18. 39'. Altitudo verò solis illo die grad. 60. 39'. ex qua detracta declinatio relinquit 42. gr. quibus ablatis à 90, remanent 48. grad. eleuatio nimirum poli Viennensis. Rursus hîc Viennæ die 1. Decembris inuenio locum solis, in gradu 9. 20'. ♏, cuius declinatio australis per regulas traditas mihi innotescit grad. 21. 54. Altitudo solis meridiana illo die grad. 20. 6. cui addo declinationem solis australem, proueniunt 42. grad. altitudo nimirum æquinoctialis circuli, qui ablatis à 90. gradibus relinquunt 48. gradus ut antea pro eleuatione poli Viennensis.

D V O R V M L O C O R V M E X P L O R A R E

longitudinem. Propos. XXVI.

Longitudo alicuius loci nihil aliud est, secundum Ptolomæum, quam distantia ipsius ab insulis Fortunatis seu Canarijs, quæ secundum Astronomos terminant occidentem, quemadmodum, sinarum regio, hodie Mangij dicta, Orientem. Duarum autem urbium longitudo est duor. meridianorum per illa loca transeuntium interstitium, quam longitudinem mensuramus arcu æquatoris inter 2. meridianos intercepto diciturq; differentia longitudinum. Hæc per Ecclypsin lunæ in duobus locis obseruatam facile depræhenditur, cuius enim initij tempus maius est, eius longitudo quoq; maior erit & orienti pro-

F
pior.